



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

interdum dicitur esse alicuius quo ad protectionem, tunc aliquando significat quod is talis habeat directum dominium utilem, dominium interdum fit feudalis, uel emphyteotica, uel miles de quibus plene in l. p. C. de thesaur. l. x. & uide cas de Pen. in l. omnes. C. de decur. l. x. nu. 23.

- 3 Amplia. etiam ut hoc pronomen meum dicitur, latius sumpto uocabulo quod est. mihi debitum. secundum Bar. in ma. in consi. 259. num. 2. alleg. tex. in l. si me & ritium. ff. cert. pet. & l. si pecuniam. C. de neg. gest. & l. i. ff. quod cum eo: cum aliis infinitis.

### REGULA CXXII.

- 1 Obligationibus facti succedit obligatio ad interest. Ita Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in princ. in decimo contrario. & in q. 9. ff. de uer. oblig. & Pont. in l. hereditatem. ff. de donat. Corn. consi. 256. primus A & B. nu. 4. Soc. in l. qui Romæ. §. Flavius hermes. nu. 3. ff. de uer. oblig. Soc. in Regu. 337. qui ponit tres fallentias, quas cum nino, uide & considera infra scriptas.

- 1 Fallit de iure cāno. ubi si in obligatione facti interuenit iuramentum. iurans præcise tenetur ad factum. Ita Acc. de Bur. in c. fin. extra ne prælati. V. suas. & Corn. d. consi. 256. l. 6. uol. 4. quod not.

- 2 Fallit etiam fauore libertatis. Ita Soc. in d. §. flavius. nu. 3. ff. de uer. oblig. alle. tex. in l. liber. homo. §. decem. ff. secundo. ff. de uer. oblig.

- 3 Fallit quoque quando quis per eam obligationem a se tuto introductam obligaretur ad aliquod merum factum. quia cum statuta sint stricti iuris. utique tenetur præcise ad obseruantiam d. obligationis quod not. Deci. consi. 645. nu. 6. ii. uol. 2. Aret. consi. 14. col. 3.

- 4 Fallit quando quis habet modum facultatem & communitatem tradendi, quia eo casu potest cogi ad tradendum præcise. Ita Bar. & glo. in l. i. ff. de act. empri. & l. excepto. in princ. ff. eo. tit. Bal. in l. fi. C. de pact. Ang. Aret. consi. 28. col. i. uerfi. plus dicit Bal. Deci. not. consi. 503. nu. 1. uol. 2.

uolu. 2. quod not.

5 Fallit 5. quando quis est obligatus a iure testamenti ad aliquod factum, quia obligatus ex dispositione testatoris, ad factum præcise. eo tunc tunc astringi potest. tex. est in l. fideicommissa. §. si. ff. de leg. iii. Deci. d. consi. num. 2. uerfi. tertio, ex alio capite. Deci. consi. 274. nu. 6. q. not. & tene menti.

6 Fallit 6. quando quis tenetur ad factum ex dispositione legis. tunc præcise ad illud cogi potest. Bar. in l. hoc item edicto. col. 2. ff. de op. no. nunc. Bal. in l. nec parros. ad fin. n. C. de oper. libert. Dec. d. consi. 274. nu. 6. uol. i.

### REGULA CXXIII.

Obligans omnia bona sua præsentia & futura non censetur ea obligare bona, quorum causa ueniret puniendus. glo. est sing. in auct. de restit. in uerfi. si uero contigerit. Bal. in l. uoluntas in fin. uerbis. ubi dicit q. in generali simone non continentur prohibita. & in c. i. §. impediens. in primo uerfi. sed nunquid si contrahit. de prohib. feud. alien. Alex. consi. 158. num. 6. uol. 2. Barba. in c. Raynaldus de testa. fol. 40. 6. & Bal. in l. i. ad fin. ff. de re diu.

1 Amplia. ut nec ea quidem, quæ quis in specie non esset obligaturus. l. obligatione generali. ff. de pignore. cum aliis similib.

2 Amplia. 2. q. seruo pignori dato, non uenit eius peculium. ut l. i. §. i. ff. de pignore, & ibi Bal.

3 Amplia. ut in generali etiã donatione non ueniunt suppellectilia. secundum Corn. consi. 176. d. uol. 2. Mat. Math. sing. 136. num. 3.

4 Fallit hæc regula, quãdo quis non haberet nisi unicam rem tantum quia eo casu censetur etiam illam obligare ad hoc ut obligatio non efficiatur inutilis, & frustatoria. Ita Bal. in l. liberi. circa medium penult. col. C. de op. libert. ubi si filia nullum ius habet in bonis patris, & nullum ius habet nisi dotis. censetur illud ius dotis cedere, ne cessio